

Unum seire Deum Spiritus ardet,
In se solus abit, non vagus extra,
Illibata timet Virgo videri,
Abscondique suis ædibus ambit.

Secrèta placida mentis in aulâ
Audit blanda Dei verba loquentis:
Pro verbis, tacitos, quos Deus afflat
De puro gemitu corde rependit.

Sponsa casta suo sponso fidele
Hic dat perpetui pignus amoris:
Hic desideria tæta supernis
Mens jam pasta Deo præcipit astrâ.

Sit summa laus Patri, summa-
que Nato,

Compar Spiritui, gloria Sancto:
Quos in corde foves Virginis æstus,
Nostris, alma Deus, cordibus infer.

Amen.

ÿ. Venite ad sanctuarium Domi-
ni.

g. Quod sanctificavit Deus in
æternum.

Ad Magnif. ant. MARIA * opti-
mam partem elegit, quæ non aufe-
retur ab eâ.

Oratio de Laudibus.

Complet. de feriâ.

Sequens Homil. dicitur in Duplicibus.
Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 42.

In illo tempore: Dixit JESUS Ma-
thæ: Maria optimam partem elegit.
Et reliqua.

Homilia S. Thomæ arch. Valentini.

Conc. 3 in assumpt. B. V.

Hanc partem optimam sibi elegit
MARIA. MARIA illa felix maxima
beatarum Mariarum, maxima femi-
narum: MARIA, inquam, illa, quæ
neque similem visa est, nec habere
sequentem. Non de te, ô Virgo bea-
ta, aliud opus legimus, nisi hoc.
Non erant tibi amplissimæ facultates,
undè famelicos aleres, nudos
vestires, infirmos curares, indigen-
tibus necessaria ministrares: non
de te miracula et portentâ legimus,
nisi post mortem tuam. Tu.

g. Mens Virginis. p. 908.

LECTIO 8.

Evangelium autem nulla de te scri-
bit miracula, quibus vita tua in po-
pulis magnificaretur, et in oculis
genibus illustraretur. Omnis gloria
filie Regis ab infus in fimbriis au-
reis, in purissimis cogitationibus,
in ardentibus desideriis, in ineffabi-
libus gaudiis, in cœlestium virtu-
tum spiritualibus infusionibus, et
lucidissimis theoriis. Tu.

g. Concaluit cor. p. 908.

LECTIO 9.

Hæc erat vita MARIE: uni soli ne-
cessario vacare, illi soli intendere,
circa multa non sollicitari. Quæ est
omnis contemplatio, si ad ejus exta-
sim, quæ est omnis devotio, si ad
ejus spiritum comparetur? Quis un-
quam anachoritarum tam vivax et
potens visu, ut irreverberatâ acie
solem lucidum specularetur, sicut
aquila hæc perspicacissima, ami-
cta sole, et luna sub pedibus ejus?

Tu. Te Matrem.

Sequens Homil. dicitur in Semi-
duplicibus.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 51.

In illo tempore: Descendit JESUS
cum Parentibus suis, et venit Na-
zareth, et erat subditus illis.

Et reliqua.

Homilia Vener. Bedæ Presbyteri,
Dom. 1 post Epiph.

Dicebat ergo arcanum suæ divinæ
virtutis parentibus humanæ suæ
fragilitatis, Matri suæ, scilicet, suæ
carnis, et castissimo tutori castita-
tis illius, qui per id temporis, nec-
dum prolata lege evangelicâ, ab
omnibus penè, qui eos nosse pote-
rant, carnali conjunctione vir ejus,
carnali administratione Pater assi-
mabatur, simul et vocabatur ipsius
Domini salvatoris.

Tu. g. Mens Virginis. p. 908.

manus suas: væ mihi, quia defectit
anima mea.

HYMNUS 331.

Dum spargit aram Sanguine
JESU, salutis hostia,
Præsens dolori æmulum
MARIÆpectus immolat.
Caput cruentum Filii
Matris coronat verticem:
Clavis isdem figitur
Christus cruci, Christo parens.

O passionis mutæ
JESU MARIE concilii
Aeterna vobis vulnera
Inferre tandem parcite.

Quem vos doletis, noster est
Error furorque criminum:
Totum scelus fatentibus
Partem doloris reddite.

Sit honor, laus, devotio,
JESU MARIE Filio,
Tenso crucis patibulo
Pro redimendo populo. Amen.

Hæc Doxologia dicitur toto hoc
tempore.

ÿ. Regina Martyrum ora pro no-
bis.

g. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Ad Magnif. ant. Magna est * ve-
lut mare, contritio tua, Virgo MA-
RIA: et non est qui consoletur te in
omnibus angustiis tuis.

Oratio de Laudibus.

Completorium de feriâ.

AD MATUTIN.

Invitator. Dolores recolentes Ma-
tris, * Filium pro nobis passum, ve-
nile, adoremus.

HYMNUS 332. Brev. Rom.
Jam toto subito vesper eat polo
Et sol attonitum præcipitet diem,
Dum sevæ recole ludibrium necis
Divinamque catastrophem.

Spectatrix aderas supplicio Parens,
Malis unda gerens cor adamantini-
um,

LECTIO 8.

Et Mater ejus conservabat omnia
verba hæc conferens in corde suo.
Omnia, quæ de Domino, vel à Do-
mino dicta, sive acta cognoverat
Mater Virgo, diligentius in corde re-
tinebat, sollicita cuncta memorie
commendabat, ut cum dum tempus
prædicandæ: sive scribendæ Incar-
nationis adveniret, sufficienter uni-
versa, prout essent gesta, posset
explicare quærentibus.

Tu. g. Concaluit. p. 908.

LECTIO 9.

Imitemur et nos, fratres mei, piam
Domini Matrem, ipsi quoquæ om-
nia verba et facta Domini, ac Sal-
vatoris nostri fixa in corde conser-
vando, horum meditatione diurnâ
et nocturnâ importunos inanium,
nocentiumque cogitationum repe-
lamus incursum. Tu. Te Matrem.

VI.

TEMPORE

VITÆ DOLOROSA.

Quod totum Passionis tempus
includit.

IN I. VESP.

Ant. 1. Inundaverunt * aquæ
tribulationis super caput meum.

Psalmi de Feriâ.

2. Vide, Domine, * et conside-
ra, quoniã tribulor: velocitèr
exaudi me.

3. Contritum est * cor meum
in medio mei: contremuerunt om-
nia ossa mea.

4. Cum turbata fuerit * anima
mea, Domine, miserere mei.

5. Fili mi, * ne derelinquas
me desolatam, et merore confec-
tam.

CAPITULUM.

Vocem quasi parturienti audiri,
angustiam, ut puerpere: Vox filie
Sion intermorientes, expandentisque

Natus fueret pendens in cruce

Allos cum genitus dabat.

Pendens ante oculos Natus atrocibus

Sectus verberibus, Natus hiantibus,
Fossus vulneribus, quò penetrantibus.

Te confixit aculeis!

Eheu! sputa, alapæ, verbera,
vulnera,

Clavi, fel, aloë, spongia, lanæa,
Stis, spina, crurò quàm variapium

Cor pressere tyrannide!

Cunctis intereà slat generosior
Virgo Marivibus: prodigio novo
In tantis moriens non morieris Pa-
rens

Diris fixa doloribus.

Sit summa Triadi gloria, laus,
honor,

A quâ suppliciter sollicitâ prece

Posco Virginei roboris æmulas

Vires rebus in asperis. Am.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Multiplicati sunt, * qui
tribulant me: multi insurgunt ad-
versum me.

2. Posuisti * Deus lacrymas
meas in conspectu meo.

3. Fuerunt mihi * lacrymæ
meæ panes die ac nocte.

ÿ. Fasciculus myrrhæ dilectus
meus mihi.

ÿ. Inter ubera mea commora-
bitur.

Paternost. *Absol.* Exaudi. *Bened.*
Benedictione.

*Sequentes Lection. dicuntur in
Dupl. major.*

De Lamentatione Jeremiae Prophetæ.

LECTIO 1. c. 2. §.
Cogitavit Dominus dissipare murum
filie Sion: tetendit funiculum su-
um, et non avertit manum suam
à perditione: luxitque anemurale,
et murus pariter dissipatus est.
Defixæ sunt in terrâ portæ ejus:

perdidit, et contrivit vectes ejus:
regem ejus, et principem ejus in
gentibus: non est lex, et propheta
ejus non invenerunt visionem à
Domino. Tu

ÿ. Ne vocetis me Noemi, id
est, pulchram; sed vocate me
maram, id est, amarum, * Quia
amaritudine valde replevit me Om-
nipotens. ÿ. Egressa sum plena,
et vacuum rediit me Dominus.
—Quia.

Bened. Primogenita.

LECTIO 2.

Sederunt in terrâ, contigerunt
senes filie Sion: consperserunt ci-
neis capita sua, accincti sunt ci-
ficis: abjecerunt in terram capita
sua virgines Jerusalem. Defecerunt
præ lacrymis oculi mei, conturbata
sunt viscera mea: effusus est in
terrâ jecur meum super contritione
filie populi mei, cum deficeret
parvulus et lactans in plateis op-
pidi. Tu

ÿ. Confusa est Mater nostra
nimis, et adæquata pulveri quæ
genuit nos: * Venite, consolemur
eam. ÿ. Recedite à me: nemo gau-
deat super me viduam et desolatam.
—Venite.

Bened. Spiritus Sancti.

LECTIO 3.

Matribus suis dixerunt: ubi est
triticum et vinum? Cum defice-
rent quasi vulnerati in plateis ci-
vitalis: cum exhalarent animas suas
in sinu matrum suarum. Cui com-
parabo te, vel cui assimilabo te,
filia Jerusalem? Cui exaquo-
bo te, et consolabor te, Virgo filia
Sion? Magna est enim velut mare
contritio tua. Tu

ÿ. Væ mihi, quoniam addidit
Dominus dolorem dolori meo. * Et
non est qui consoletur me. ÿ. La-
boravi in gemitu meo, et requiem

non inveni.—Et.—Gloria.—Et *In
Dupl. 1. et 2. Class.* Væ mihi.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Oculi mei * replebantur
lacrymis, et cor meum torque-
batur dolore.

2. Super contritione * filie po-
puli mei contritus sum, et con-
tristatus, stupor obtinuit me.

3. Repulsa est * à pace anima
mea, oblita sum honorum.

ÿ. Defecit in dolore vita mea.

ÿ. El anni mei in gemitibus.

Peternost. *Absol.* Ipsius. *Bened.*
Dei Mater.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

De Passion. Dom. c. 10.

LECTIO 4.

Quantus in Christo fuerat circa
Matrem charitatis affectus, jam
corporaliter recessuro, brevibus in-
timavit verbis: et ut crucis suæ
taceam passionem: et ut crucis suæ
beatam Matrem compassionem credis
ipsum affectum fuisse, qui mitis-
simum cor illius tam valido dolo-
ris sui gladio transverberatum per
fecle sciebat? Tu.

ÿ. Ego plorans et oculus meus
deducens lacrymas, * Quia longè
factus est à me consolator. ÿ. Re-
cedite à me, amarè flebo: nolite
incumbere, ut consolemini me.—
Quia.

Bened. Filia Dei.

LECTIO 5.

Adangebatur vulnerum passionem
materna compassio, quem contri-
tissimo corde, manibus complos-
sis, oculis lacrymarum torrente
fluentibus, vultu contracto, voce
querulâ, et totis viribus cordis de-
situta, viriliter vidit sibi astare
pendenti. Quoties ipsam ad illa
immitia verecundos putas oculos
elevare: si tamen eos aliquando
indè deflexit, vel si pro nimio

fluxu lacrymarum potuit intueri?
Tu.

ÿ. De excelso misit Deus ignem in
ossibus meis, et erudivi me: * Po-
suit me desolatam, totâ die mœ-
rore confectam. ÿ. Audite, obse-
cro, universi populi, et videte do-
lorem meum.—Pcsuit.

Bened. Ignem.

LECTIO 6.

Quoties ipsum propter verecun-
diam virginalem pariter, et im-
mensitatem doloris stantem (ut
æstimo) capite cooperito, ingenuisse
putas luendo Filium, et dicendo:
Fili mi JESU, JESU fili mi: quis
mihi dei, ut tecum, et propter
te moriar? Fili mi dulcis JESUS!
Quoties ipsum præ immensitatem
doloris credis potuisse deficere,
quo ipsam summè miror etiam
moruam non fuisse? Moriebatur
vivens, vivendo ferens dolorem
morle crudeliorem. Tu.

ÿ. Inundaverunt aquæ super
caput meum, et invocavi nomen
tuum, Domine, de lacu novissimo.
Ne avertas faciem tuam à singulo
meo et clamoribus. ÿ. Appropin-
quasti mihi in die, quando invo-
cavi te.—Ne.—Glor.—Ne. *Duplic.*

1. et 2. *Class.* Inundaverunt.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Dolor meus * super do-
lorem: in me cor meum mœrens.

2. Ecce vox * clamoris filie
populi mei: non est qui consoletur
eam.

3. Deducant * oculi mei la-
crymas in compassione Virginis.
ÿ. Subversum est cor meum
in me melipsâ.

ÿ. Amaritudine plena sum.

Pat. nost. *Absol.* A vinculis. *Be-
ned.* Evangelica.

*Sequens Homil. legitur in Duplic.
majoribus.*

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio 7. e. 19. 23.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus et Soror Matris ejus, Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Amadi Episcopi Lausanensis.

De laudib. B. V. M. Homil. 5.
Quò Christus magis diligebat Virgo, plùs doluit, et doloris magnitudo attulit fomenta passionis. Quid enim ageret, cum in Calvariae consisteret loco, et videret crucem, clavos, vulnera morientis in innocentia, nec tamen exsultam immanitatem Pharisaei furens invidià? Pendebat ille luens nostra, non sua delicta, et Pharisaei cum Scribis illudentes, percutiebant caput ejus, et offerbant acetum felle mixtum ori ejus. Tu.

§. O vos omnes, qui transitis per viam, * Attendite, et videte, si est dolor, sicut dolor meus. *ÿ.* Stabat juxta crucem Mater dolorosa, dum pendebat Filius.—Attendite.

Bened. Cujus Angustias.

LECTIO 8.

Inter hæc Dei Genitrix consternabatur animo, et dolores ut parturientis apprehenderunt eam. Ibi gemitus, ibi singultus, ibi suspiria, ibi mæror, ibi dolor, ibi agoniam, ibi æstus animi, ibi incendia, ibi mors morie durior, ubi vita non lollitur, et mortis angustia lollatur. O veneranda, et plena devotionis et lacrymarum memoria! Recordare, qualiter sancta illa anima gloriosa passa sit, quasve pertulerit de Christi morie angustias. Tu.

§. Tu scis, Domine, recordare mei, et visita me, quoniam tribulatio mea maxima est: * Scito, quoniam sustinui propter te oppro-

bium. *ÿ.* Vide, Domine, quoniam tribulor, quia amaritudine plena sum.—Scito.—Gloria.—Scito. *In Dupl. 1. et 2. Class. Tu scis.*

Bened. Per Virgineum.

LECTIO 9.

Denique contumelia, et opprobria impiorum in capite materno redundabant. Mors Domini illi amaritudo non ambigeret, necesse illi tamén fuit paternum calicem bibere, et horam suæ passionis non ignorare. De hoc illi prophetauit reverendus senex Simeon, dicens: tuam ipsius animam gladius pertransibit. O Domine JESU, terribilis in consiliis super filios hominum, nec Matri tuæ percipisti, quin gladius animam suam pertransiret! Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Doleo super te, * Fili mi JESU: decorus nimis, et amabilis super amorem mulierum.

2. Sicut mater * unicum diligit filium, ita ego te diligebam, Fili mi.

3. Ferrum lanceæ * militaris latus quidém Salvatoris, animam verò pertransiit Virginis.

4. Factum est * cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

5. Dolens Sunamitis * sinu et genibus suis sustinuit mortuum Filium.

CAPITULUM. *Jer. 4. 31.*

Vocem quasi parturientis audivi, angustias ut puerperæ: Vox filie Sion intermorientis, expandentisque manus suas: vae mihi, quia deficit anima mea.

HYMNUS 333. *Brev. Rom.*
O quot undis lacrymarum
Pia Mater voluit!
Luctuosa de cruento

Dum revulsam stipte,
Cernit ulnis incubantem
Virgo Mater Filium.

Os suave, mite pectus,
Et latus dulcissimum,
Dexteramque vulneratam
Et sinistram sauciam,
Et rubras amore plantas
Ægra tingit lacrymis.

Centièsque, millièsque
Stringit arcibus nexibus
Pectus illud et lacertos
Illa figit vulnera:
Sicque tota colliquescit
In doloris oculis.

Eja, Mater, obscramus
Per tuas has lacrymas,
Filique triste funus,
Vulnerumque purpuram,
Hanc tui cordis dolorem
Conde nostris cordibus.

Esto Patri, Filioque,
Et coævo Flamini,
Esto summæ Trinitati
Sempiterna gloria,
Et perennis laus, honoreque
Hoc et omni sæculo. Amen.

ÿ. Fortitudo mea, et robur meum.
§. Et refugium meum in tribulatione.
Ad Benedict. ant. Cum vidisset * JESUS Matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dixit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit Discipulo: ecce Mater tua.

Oratio.

Da quæsumus, Domine, cordibus nostris intimum veræ pietatis affectum; ut in tui Filii passione, Sanctissimæ Matri ejus dignè compatientes, salutaris mysterii fructum percipere mereamus. Per eundem.

AD PRIMAM.

Ant. Doleo. *Capitul.* Vocem quasi. *De Laudibus.*

ÿ. §. br. Quæ in Passione Filii tui doloris gladio transfixa fuisti.

AD TERTIAM.

Ant. Scito Mater.

CAPITULUM. *Jer. 12. 3.*

Et tu, Domine, nosti me, vidisti me, et probasti cor meum.
§. *br.* Quis miserabitur tui, * Virgo MARIA.—Quis. *ÿ.* Aut quis contristabitur pro te.—Virgo.—Glor.—Quis.

ÿ. Defecerunt præ lacrymis oculi mei.

§. Conturbata sunt viscera mea.

AD SEXTAM.

Ant. Ferrum lanceæ.

CAPITULUM. *Jer. 6. 26.*

Filia populi mei, accingere cilicio, et conspergere cinere: luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.

§. *br.* Dolor meus * Super dolorem.—Dolor. *ÿ.* In me cor meum mærens.—Sup.—Glor.—Dolor.
ÿ. Audierunt quia ingemisco ego.
§. Non est qui consoletur me.

AD NONAM.

Ant. Dolens Sunamitis.

CAPITULUM. 31. 16.

Quiescat vox tua (a ploratu, et oculi tui a lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus.

§. *br.* Vox in excelsis * Audita est.—Vox. *ÿ.* Lamentationis, luctus et fletus.—Audita.—Gloria.—Vox in.

ÿ. Audite universi populi.

§. Videte dolorem meum.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Veniam * ad mentem myrrinæ, et ad collem thuris.

2. Posuit me * desolatam: tota die mærorè conlectam.

3. Miseremini mei, * quia non est dolor sicut dolor meus.

4. Angustia * et dolore tenuerunt eam, quasi parturientem.

5. Caligaverunt * palpebræ meæ, et facies mea intumuit a fletu.

CAPITULUM. Jer. 4. 11.
Vocem, quasi parturientis audivi,
angustias ut puerperæ: Vox filia
Sion intermorientis expandentisque
manus suas: vae mihi, quia defecit
anima mea.

HYMNUS 344.

Juxta crucem stans anxia
Orbata Mater Filio,
Extincta lugens gaudia
Laxis vacabat plantibus.

Cum mucro diræ lanceæ
Latus per immum transmeans,
Mixtos cruore prolutus
Laxavit undæ rivulos.

Quæ non dolebat mortuo
Hanc vivam sensit cuspidem:
O quanta moles fluctuum
Mersum malis cor opprimat!

Mox ut revisum conspiciat
Corpus eruentum Filii,
Omnia dolor recruduit,
Mentemque pressit acris.

Quæ lingua fari tot nece,
Quæ vox amaritudines,
Quis tot dolorum pondera
Sermone posset lexere?

Si honor, laus, devotio,
JESU MARIE Filio,
Tensio crucis patibulo
Pro redimendo populo. Amen.
ÿ. Anima mea liquefacta est.
ÿ. Ut dilectus in cruce locu-
tus est.

Ad Magnific. ant. Veniam * ad
montem myrrhæ, et ad collem thuri-
s, quia oppressit Matrem meam
dolor, et non est qui consoletur
eam.

*Oratio de Laudibus.**Complitorium de ferâ.**Sequens Homilia dicitur in Duplice.*

LECTIO Sancti Evangelii secundum
Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta cruce-
m JESU Mater ejus, et soror Ma-

tris ejus, Maria Cleophae, et Maria
Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Ehortitio ad Virgines.

Beatam Virginem Dominus de cruce
discipulo suo dilectissimo sibi
tradidit Sauto Joanni, qui dixit
patri et matri suæ: non novi vos.
Deniquè vocatus à Christo, reli-
quit Patrem Verbum secutus. Huic
traditur Virgo, qui suos nesciat:
huic traditur Virgo, qui de pecto-
re Christi hauriat sapientiam: huic
traditur Virgo, qui fratres suos non
cognovit, et filios suos non scivit.
Ideoque benedicit eum lex; Dale
Levi veros ejus, dale Levi sortes
ejus. Tu. ð.

LECTIO S.

Undè et Matrem Domini ipse susce-
pit, scriptum enim habemus, quia
ex illâ horâ suscepit eam Discipu-
lus in -sua. Quid est in sua, cum re-
liquerit Patrem, et Christum secu-
tus sit? Aut quomodo in sua, cum
ipsi Apostoli dixerint: ecce nos re-
liquimus omnia, et seculi sumus
te? Quæ sua habebat, quia de
mundo non erat? Quæ ergo habebat
Joannes, qui mundana, et secularia
non habebat, quia de mundo
non erat? Quæ ergo habebat sua,
nisi ea, quæ à Christo acceperat?
Bonus verbi, sapientiæque posses-
sor, bonus receptor gratiæ. Tu. ð.

LECTIO 9.

Negquè enim Mater Domini JESU
nisi ad possessorem gratiæ demigra-
ret, ubi Christus habebat habita-
culum. Dale ergo et vos, filii
mei, vero illi Levi veros ejus. Esio-
te nubes, sed leves. Eritis protectio:
si habuistis Virginitatis olera condi-
tionis, et tenebras hujus limosæ car-
nis illuminet. Ideo dicit illis: Nigra
sum et decora, filia Jerusalem,
nigra per carnem, decora per vir-
ginitatem. Tu. Te Matrem.

*Sequens Homilia dicitur in Se-
midie.*

LECTIO S. Evangelii secundum
Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta cruce-
m JESU Mater ejus et soror ma-
tris ejus Maria Cleophae, et Maria
Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.
Tract. 111. in Joann.

Hæc nimirum est illa hora, de qua
JESUS aquam conversurus in vin-
um dixerat Matri: Quid mihi et ti-
bi est mulier? Nondum venit pra-
ra mea. Hanc itaque horam præ-
dixerat, quæ tunc nondum venerat,
in quâ deberet agnoscere mo-
riturus, de quâ fuerat mortaliter
natus. Tunc ergo divina facturæ,
non divinitatis, sed infirmitatis Ma-
trem velut incognitam repelebat.
Nunc autem humana jam patiens,
ex quâ fuerat factus homo, affec-
tu commendabat humano. Tu.

ÿ. O vos omnes. 914.

LECTIO 8.

Moralis igitur insinuat locus.
Facit, quod faciendum admonet, et
exemplo suo suos ministros instru-
xit præceptor bonus, ut à filiis piis
impendatur cura parentibus: tan-
quam lignum illud, ubi fixa erant
rembra morientis, etiam cathedra
fuerit Magistri docentis. Tu. 914.

ÿ. Tu scis. 914.

LECTIO 9.

Ex hæc sanâ doctrinâ didicerat
Paulus Apostolus, quod docebat,
quandò dicebat: Si quis autem suis
maximè domesticis non providet,
fidem negavit, et est infideli dete-
rior. Quid autem tam cuique do-
mestico, quàm parentes filiis, aut
parentibus filiis? Hujus itaque salu-
berissimi præcepti ipse Magister
Sanctorum de seipso constituebat

exemplum, quandò non ut famulæ
Deus, quam creaverat et regebat,
sed ut Matri homo, de quâ creatus
fuerat, et quom relinquebat, alle-
rum pro se quodammodo Filium
providebat. Tu. Te Matrem.

VII.

TEMPORE.

VITÆ GAUDIOSÆ.

Quod totum pasch. tempus includit.

IN I. VESP.

Ant. 1. Indica mihi, * quem diligit
anima mea, ne vagari incipi-
pam, alleluia.

Psalmi de ferâ.

2. Revertere * similis esto, di-
lecte mi, caprea, hinnuloque ser-
vorum, alleluia.

3. Invenere me * vigiles:
nunquid quem diligit anima mea
vidistis, alleluia.

4. Inveni * quem diligit ani-
ma mea: tenui eum, nec dimittam,
alleluia, alleluia.

5. Læva ejus * sub capite meo,
et dextera illius amplexabitur me,
alleluia.

CAPITULUM. Col. 3. 1.

Si consurrexistis cum Christo, quæ
sursum sunt, querite, ubi Christus
est ad dexteram Dei sedens: quæ
sursum sunt, sapite, non quæ super
terram.

HYMNUS 335.

Victor triumphat Filius:
Lætare, Mater, et tuo
Qui corde fixit vulnera,
Nunc pulsus abistat dolor.

Fixum cruci, quem videras,
Natum resurgentem vides:
Magnos amor luctus dedit,
Majora nunc dat gaudia.

Nec jam rapiti gulture
Christum resumet inferus;
Mortem volens semel tulit,
Nunc vivus æternus manet.

JESU, tibi sit gloria,
Surgendo qui de mortuis
Apparuit Virgini
Matri tuæ, per sæcula. Amen.
Hæc doxolog. dicitur toto hoc
tempore.

ŷ. Dilectus meus mihi, et ego
illi, alleluia.

ŷ. Qui pascitur inter lilia, allel.
Ad Magnif. ant. Inveni, quem
diligat anima mea, alleluia; Filium
meum, qui mortuus fuerat et re-
vixit, alleluia, qui perierat, et in-
ventus est, alleluia, alleluia.

Oratio ut in *Laudibus*.

Completorium de *seriali officio*.

AD MATUTIN.

Invitator. Jabilemus Virgini MA-
RIÆ, alleluia: * In resurrectione
Christi Filii sui, alleluia, alleluia.
Psalms Invitator.

HYMNUS 336.

Proprios, Virgo, tibi magna plausus
Splendore Nati damus in triumpho:
Ille dum vincit, tua, Mater, est pars
Maxima palmæ.

De tuâ crevit generatus alvo:
De tuo suxit sibi lacte corpus:
De tuo sanguis pretium salutis
Ubere fluxit.

Quanta vis Matrem tetigit doloris,
Prole tot diras obeant mortales!
Carne quas læsâ tulit ille plagas,
Corde tuisti.

Rupi domus clausus jacuit sepulchri,
Orba tunc lucis pariter jacebas:
Et novam Christo reparante vitam,
Ipsa resurgis.

Filio gaude, Genitrix, recepto:
Nulla regnantem tibi facta tollent,
Quem Patri consors amor et peren-
nis

Gloria jungit. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. Surge aquilo, et veni au-
sler: perfla hortum meum, et flu-
ant aromata illius, allel.

Toto tempore paschal. dicitur
tantum una Antiphona in quolibet
nocturno.

ŷ. Jam hiems transit, allel.
ŷ. Imber abiit, et recessit allel.

Sequentes *Lectio*. dicuntur in
Duplic. majoribus.

Pater nost. *Absolut*. Exaudi.
Benedict. Benedicentio.

De libro Exodi.

LECTIO 1. c. 13. 19.

Ingressus est eques Pharaon cum
curribus, et equitibus ejus in mare:
et reduxit super eos Dominus aquas
maris: filii autem Israel ambula-
verunt per siccum in medio ejus.
Sumpsit ergo MARIA prophætissa,
Soror Aaron, tympanum in manu
suâ: egressæque sunt omnes mul-
lieres post eam cum tympanis, et
choris. Quibus præcinebat, dicens:
Cantemus Domino: gloriosè enim
magnificatus est, equum et ascen-
sorem ejus projecit in mare. Tu.

ŷ. Adjuro vos, filia Jerusalem,
si inveneritis dilectum: * Nun iate
illi, quia amore languo, allel.
allel. ŷ. Dilectus meus candidus
et rubicundus, electus ex millibus.
—Nuntiate.

Bened. Primogenita.

De libro Judicum.

LECTIO 2. c. 3. 1.

Cecineruntque Debhora et Barach
filius Abinoem in illo die dicen-
tes: Qui spontè obtulistis de Israel
animas vestras ad periculum; be-
nedicite Domino. Audite Reges,
auribus percipite Principes: ego
sum, ego sum, quæ Domino eamam,
psallam Domino Deo Israel. Domine,
cum exires de Se.r, et transires per
regiones Edom, terra mota est,
celique ac nubes distillaverunt
aquis. Montes fluxerunt à facie
Domini et Sinai, à facie Domini
Dei Israel. Tu.

ŷ. Quæ est ista, quæ ascendit

de deserto tribulationis dilectis af-
fluens resurrectionis, * Inmixta su-
per dilectum suum, allel. allel.
ŷ. Dilectus meus mihi, et ego illi.
—Inmixta.

Bened. Spiritus.

De libro Judith.

LECTIO 3. c. 16. 1.

Tunc cantavit canticum hoc Domi-
no Judith, dicens: Incipite Domino
in tympanis, cantante Domino in
cymbalis, modulamini illipsalium
novam, exaltate, et invocate no-
men ejus. Dominus conterens bel-
la, Dominus nomen est illi. Qui
possuit castra sua in medio populi
sui, ut eriperet nos de manu om-
nium inimicorum nostrorum. Tu.

ŷ. Vidi speciosam sicut colum-
bam ascendentem desuper rivus
agarum: * Cujus inasimabilis
odor erat nimis in vestimentis
ejus, allel. allel. ŷ. Et sicut dies
vernæ circumdabant eam flores
rosarum, et lilia convallium.—
Cujus.—Glor.—Cujus. *In Dupl. 1.*
et 2. Class. Vidi.

IN II. NOCT.

Ant. Surrexi, ut aperirem di-
lecto meo: manus meæ stillave-
runt myrrham, et digiti mei pleni
myrrhâ probatissimâ, allel.

ŷ. Flores apparuerunt in terrâ
nostrâ, allel.

ŷ. Tempus putationis adventi,
allel.

Pater nost. *Absolut*. Ipsius.

Bened. Dei Mater.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermon. 2. de Assumpt.

LECTIO 4.

Quid dicam pauper ingenio, cum
de te MARIA, quidquid dixero,
minor laus est, quam dignitas tua
meretur? Si eulium te vocem,
altior es; si matrem gentium præ-
dicam præcedis: si formam Dei ap-

pellem, digna existis: si dominam
Angelorum vocient, per omnia te
esse probatis. Quid ergo de te
dignè dicam, quid referam, cum
non sufficiat lingua carnis tuas
enarrare virtutes? Has interim lau-
des sileat lingua carnis, quas sem-
per arden er proferi anima. Tu.

ŷ. Vix dilecti mei pulsantis:
Aperi mihi, Soror mea, amica mea,
columba mea, immaculata mea al-
leluia, alleluia. ŷ. Ecce iste venit
salvens in montes transilivus colles.
—Aperi.

Bened. Filia Dei.

LECTIO 3.

Nunc nostras pelo, ut aures doctri-
narum tuarum demulceas organis.
Plaudet tympanis scena tu is, et
veloces arculos puerperæ concre-
pent. Concitant modulans carmi-
na miscantur. Quæ tibi magna
fecit, Domina, quæ, gloriosa Virgo,
ut dici beata merearis? Puto enim,
immò veraciter credo, ut creatura
ederes Creatorem, famula Domi-
ni generares, ut per te illumi-
naret, per te ad vitam reduceret.
Tu.

ŷ. Manè surgamus ad vineas: *
Videamus, si floruit vinea, si flores
fructus parturiant, si floruerunt ma-
la punica, allel. allel. ŷ. Veniat
dilectus meus in hortum suum,
ut pascatur in hortis et lilia colli-
gat.—Videamus.

Bened. Ignem.

LECTIO 6.

Hucusquæ, Virgo beata, de te ipsâ,
quæ nos ad amorem Dei accende-
rent, fidelitèr protulisti: ea verò
quæ sequuntur humano generi
prophætasi. Meum autem votum
extulit, ea tantum inde transcur-
rere: quæ ad tui laudem nominis
pertinebant. Sed hæc, quæ de te
ipsâ narrasti, neque tu, ut dignitas

tua meretur, dicere potuisti. Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persolvit; quæ solo tuo commercio recuperandi aditum invenit? Tu.

¶ Filius tuus vivit, * Et ipse dominatur in omni terrâ à mari usque ad mare, et à flumine usque ad terminos orbis terrarum, allel. allel. ¶ Sufficit mihi, si adhuc Filius meus vivit: vacam et video illum.—Etipse.—Gloria.—Etipse. *In Dupl. 1. et 2. Class. Filius.*

IN III. NOCT.

Ant. Apparuit * mihi Dominus, et liberavit me de angustia cordis mei, allel.

¶ Non vocaberis ultrâ, allel.
¶ Derelicta aut desolata, allel.
Pater nôt. Absol. A vinculis. Bened. Evangelica.

Sequens Homilia legitur in Dupl. majoribus.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 20. 19.

In illo tempore: cum serò esset dies illo, una sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit JESUS et stetit in medio. Et reliqua.

Homilia Sancti Hildephonsi Arch. Toletani.

De Partu et Purificatione.

Aspectus Discipulorum utrumque tunc probavit, scilicet, quòd et fores clausæ essent, et quòd Dominus per easdem introiens coram præsens astaret. Sic et fides nostra utrumque de Christo certissimum tenet; quòd et pervia fuit et Virginis integritas, nascente Domino ex eâ, et tamén uterus non fuerit reseratus. Tu.

¶ Fesinate et ascendite ad Matrem meam, et dicetis: * JESUS Fi-

lius tuus vivit, Virgo sacrata, alleluia, alleluia. ¶ Quo audito, Virgo, quasi de gravi somno evigilans, revixit spiritalis ejus.—JESUS. *Bened. Cujus gaudia.*

LECTIO 8.

Alioquin quomodo clausum potest dici permansisse, quod violatum est? Aut quomodo sine dolore clausa permansit, ut fuit antequam pareret? Nec enim clausæ illæ penetrabiliore erant januæ, quam uterus Virginis incorruptus. Ideirco non abs re creditur ad nos Dominus sic exiisse, ut Nativitas Christi de carne Virginis probaretur, et Virgo nullis crucialibus vexaretur. Tu.

¶ Venit Christus obviam Matri suæ post Resurrectionem: * Videns quæ eam, irruit super collum ejus, et amplectens eam consolatius est, alleluia, alleluia. ¶ Gaudia percipit Virgo dilecto Filio recepto.—Vidensque.—Gloria.—Vidensque. *In Dupl. 1. et 2. Class. Venit.*

Bened. Per Virginem.

LECTIO 9.

Fortè dicturi sunt isti, quòd corpus incorruptibile, et immortale exitus esset ad penetrandum quod vellet, quàm esset prius antequam resurgeret. Nequaquam igitur dicito, quisquis sanè sapiens; ex quo conceptus est homo, idem sempèr, qui antèa Deus fuit. Undè quando super undas æquoreas ambulavit ante passionem, non minus homo, quàm Deus fuit. Quasi ad naturam respicis rerum, aut pondus sine pondere vexit, aut undas suâ potentia, quo sustinere possent, pondus corporis solidius confirmavit. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Tu es gloria mea, * Deus,

et exaltans caput meum, alleluia.

2. In dolore meo * tenuisti me, me suscepit dextera tua, allel.

3. Appropinquasti mihi, * et surrexisti me in tribulatione meâ, alleluia.

4. Fecit mihi magna, * qui potens es, et sanctum nomen ejus, alleluia.

5. Surrexit Dominus * verè, et erexit animum Matris suæ, allel.

CAPITULUM. Col. 3. 1.

Si consurrexistis eum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

HYMNUS 337.

Orbæ parentis viscera
Dolor premebat anxius,
Qualis tenet supersitem
Sponsa fidei iurturem.

Immota firmat saciam
Nati resurgentis fides:
Hæc una morti proximam
Scintilla vitam sustinet.

O lux repleta gaudiis!
Matris levamen unicum,
Oplata confer ocyus
Virumque redde Filium.

Dum spe morantem prævenit,
Seramque languens increpat,
Repente solis asistit
Surgentis inelatum jubar.

Micantis illa suscipit
Vibrata Nati lumina,
Tersisque cernit labibus
Corpus decorum gloria.

Omnis decor tunc Virginis
Pulsis redit doloribus,
Largoque vultus impetu
Totos amores explicat.

O quantis imis concitus
Exarsit ardor cordibus,
Postquam sacris dedit intus
Amor frui complexibus.

JESU. tibi sit gloria,
Surgendo qui de mortuis

Comor. Festivit.

Apparuiti Virgini

Matri tuæ, per sæcula. Amen.

¶ In Domino gaudebo, allel.

¶ Et exultabo in JESU Filio meo, allel.

Ad Benedict. ant. Exue te * stola lucida, et indue te decore: Deus enim ostendit splendorem suum in te, alleluia, allel.

Oratio.

Deus qui post Resurrectionem tuam Matri tuæ Sanctissimæ primò apparuisti, ut ex illo dolore, quo ejus animus fuerat confosus, ad se rediret; largire nobis tuam gratiam, ut à peccatis resurgentes, ad formam celestis vitæ transferamur. Qui vivis et regnas.

AD PRIMAM.

Ant. Tu es gloria mea. *Capit.* Si consurrexistis de Laudib.

¶ *n. br.* Que in Resurrectione Filii tui lætata fuisti.

AD TERTIAM.

Ant. In dolore meo.

CAPITULUM. Isai. 62. 3.

Eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui: non vocaberis ultrâ derelicta.

¶ *br.* Gaude et lætare, * allel. allel.—Gaude. ¶ Virgo MARIA.

—Allel.—Glor.—Gaude.

¶ Surrexit Dominus verè, allel.

¶ Et apparuit MARIE, allel.

AD SEXTAM.

Ant. Appropinquasti mihi.

CAPITULUM. Tob. 3. 22.

Post lacrymationem et stertum exultationem infundis: sit nomen tuum. Deus Israel, benedictum in sæcula.

¶ *br.* Surrexit Dominus verè, * alleluia, allel.—Surrexit. ¶ Et apparuit MARIE.—Alleluia.—Glor.

—Surrexit.

¶ Tu es gloria mea, Deus.

¶ Et exaltans caput meum.

AD NONAM.

Ant. Surrexit Dominus.

CAPITULUM. *Soph.* 3. 14.

Exulta in omni corde, filia Jerusalem... non timebis malum ultra: Dominus Deus tuus in medio tui gaudebit super te in lætitiâ.

ſ. br. Tu es, gloria mea, Deus. * Alleluia, allel.—Tu. *ſ.* Et exaltans caput meum.—Allel.—Deus.—Gloria.—Tu es.

ſ. In Domino gaudebo, allel.
ſ. Et exultabo in JESU Filio meo, allel.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Venite, * audite et narrabo, quanta fecit Deus animæ meæ, alleluia.

2. Jam læta moriar, * quia iterum vidi faciem Filii mei, allel.

3. Congratulamini mihi, * quia inveni Filium meum, quem perdideram, allel.

4. Mortuus erat, * et revixit, perierat, et inventus est, allel.

5. Fecit potentiam * in brachio suo qui potens est, et consolatus est me, allel.

CAPITULUM. *Colos.* 3. 1.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, querite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram.

HYMNUS 338. *Brev. Bisuntin.*

Lætare jam cum Filio
Meroris immemor tui,
Et quæ fuisi conscia
Doloris, esto gaudii.

Arcana Filius tibi
Ardens amoris impetu
Recludit: ignis vos sacer
Conjungit aretis nexibus.

Fac nos ab imo criminum
Clemens MARCIA surgere:
Fac nos superna querere
Gustumque de caelestium.

JESU, tibi sit gloria
Surgendo qui de mortuis

Apparuisi Virgini

Matri tuæ, per sæcula. Amen.
ſ. Cor meum et caro mea, allel.
ſ. Exultaverunt in Deum vivum, alleluia.

Ad Magnific. ant. Tu es gloria mea, Deus, tu es susceptor meus, Domine, tu exaltans caput meum, alleluia, alleluia.

Oratio de Laudibus.

Completor. de ferid.

Sequens Homilia dicitur in Dupli.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 28. 16.

In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in Galileam, in montem, ubi constituerat illis JESUS. Et rel.

Homilia Beati Rupertii Abbatis.

De divm. officis l. 7. c. 25.

Nonquid tunc, quando undecim discipuli abierunt in Galileam, in montem, sicut constituit illis Dominus JESUS, hanc Beatam, de qua loquitur, MARIAM præterierunt, et absque illa videntes eum adoraverunt? Immo non alias, quam in domum illius, non alium in montem abierunt, ut viderent eum, quam in illum, super quem civitas ejus Nazareth sita erat, sicut jam dictum est. Igitur pulchrè et laudabiliter, ut diximus, eam in principio lætitiæ nostræ proponamus, illud de Canticis recolentes, novum novæ Ecclesiæ sponsum, mox ut resurrexit, dixisse non vanè arbitantes: vadam ad montem myrrhæ, et ad collem thuris. Tu. *ſ.* Festinate, et ascendite, p. 920.

LECTIO 8.

Quod enim sui corporis parte altius pos ipsum caput suum Christum, Ecclesiæ sublimitas aminuit, quam singularibus hujus Regina angelorum

meritis, cujus ex carne sine viro, Christus, ut lapis de monte sine manibus est editus. Et quo in vertice montium tantum myrrhæ, id est, mortificationis, cum thuris, id est, piæ orationis odoribus inveniri potuit, quantum in hujus beatæ Virginis animâ, quam singulariter Dominicæ passionis gladius pertransierat. Tu. *ſ.* Venit Christus, p. 920.

LECTIO 9.

Ad hunc montem myrrhæ vadimus et nos sæpe ad Santam MARIAM divergentes, et ipsa quoque eloquia cervi emisi, de quo supra dictum, eloquia pulchritudinis, quibus illic de baptizandis omnibus gentibus mandavit, exultantes mysticè depromimus hæc diè cantando: Tota pulchra es. Nota, namque omnium penè sententia Doctorum est, novam his verbis Ecclesiam invitari, ut surgat et propter apostolica, ut surgat et propter apostolica, quæ tunc numero parva erat, Ecclesia de Libano venire, id est, candidatione baptismi gentes ad Christum adducere, MARIA Maire fidei nostræ adjuvante, id est, omnia verba hæc, quæ hæcenus conservabat in corde suo, jam impartiente. Tu. Te Matrem.

Sequens Homilia dicitur pro Semidupli.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 20. 1.

In illo tempore: Uua Sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum.

Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Con. 2. in Dom. Resur.

Dum igitur sic in Deum absorta, videndi Filii desiderio teneretur, eorum orationum illud luce nimia, et coruscante fulgore perfunditur, Flagrant caelestia aromata, et angelici

personant cantus. Intranat paulatim caelestes angelorum, patriarcharumque canes, clausum Virginis domicilium ovantes, eam omni honore salutant, venerantur et laudant. Tu. *ſ.* Festinate, p. 920.

LECTIO 8.

Adest omnium ultimus Princeps, omnium decorus, et splendidus: ad ejus aspectum virgineus animus uniuersè deficit amore, et rapitur extra se, nec valet corpus tenerum tanti gaudii pondus perferre. Advolvitur petibus, sublevarur ad amplexus, sicque inter brachia dilecti sui Creatoris sui dormit, et quiescit Virgo decora. Divino vultui virgineus vultus adjungitur, sic inmixta super dilectum divina recipit oscula. Tu. *ſ.* Venit, p. 920.

LECTIO 9.

O Mater Beatissima! O creatura felicissima! cujus altitudinem nec ipsi Spiritus caelestes valent exprimere! Quanta dignitas! Quanta sublimitas! Quanta majestas sic à Deo amari sic venerari! Tacet lingua, loquatur, si valet affectus. Crediderim ergo animam illam, nunc lineis oculis parietem corporis penetrasse, et latentem intra Deum vidisse, tantò clarior quam Paulus in raptu, tantò dignior est Mater apostolo. Tu. Te Matrem.

VIII.

TEMPORE.

VITÆ ACTIVE.

À Sabbato post Pentec. usque ad Assumptionem.

IN I. VESP.

Ant. 1. Venite ad me * omnes, et à generationibus meis implemini.

Psalmi de ferid.

2. Qui me inveneri, * inveniet vitam, et hauriet salutem à Domino.

3. Ad infantiam meam * crevit mecum misericordia, et ab utero ma-

tris meæ egressa est mecum.

4. Oculus fui * cæco, et pes claudo: Mater eram pauperum.

5. In me omnis gratia * viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.

CAPITULUM. Prov. 31. 10.
Mulierem fortem quis inveniet? Prociù et de ultimis finibus prolum ejus, confidit in eâ cor viri sui, et spoliis non indigebit.

HYMNUS 339. S. Petr. Dam.

MARIA, Templum Domini,

Dei Mater et hominis:

Tunc verè Virgo Virginum,

Cum peperisti filium.

Hortus deliciarum.

Odor suavitatem;

Tu ager ille plenus,

Cui benedixit Deus.

Ex te hotrus egressus,

Qui crucis prelo pressus;

Vino rigat arenas

Sancti Spiritus mentes.

Es et terra celestis,

Ferax lactis et mellis:

Ex quâ veritas orta

Tollit errorum dogmata.

Tu nos culparum nexibus,

Sacris absolve precibus:

Tua promentens merita

Ad cœli transfer præmia.

Sit tibi laus altissime,

Qui natus es ex Virgine:

Sit honor ineffabili

Patri, sanctoque Flamini. Amen.

ÿ. Specie tuâ et pulchritudine tuâ.

ÿ. Intende, prosperè procede, et regna.

*Ad Magnif. ant. Virgo MARIA * non est tibi similis orta in mundo inter mulieres, florens ut rosa, flagrans sicut lilium.*

Oratio de Laudib.

Completor, ut in feriali offic.

Sequens Doxolog. dicitur in Hymn.

Complet. et in aliis ejusdem metri.

Summo Pareni cœlitum

Magnæque proli Virginis,

Sanctio simul Paraclito

Si summa laus et gloria.

AD MATUTINUM.

*Invitator. Venite ad me: * En proferam vobis spiritum meum.*

HYMNUS 340.

Victum condè capunt, perfide serpens;

Et Virgo, libidat quam Deus hostem,
Totâ mente tibi, pectore toto,
Adversis studiis obvia pugnat.

Fallax, mente lumens, invidus anguis

Fraudes, bella, scellus spargit et iras:

Simplex, et placido corde modesta
Spargit Virgo bonæ gaudia pacis.

Quid tentare vias Numinis audes,
Serpens, nec tacito pectore pares?

Non scrutans mulier, quæ Deus addit,

Servat jusca, Deo, muta, loquente.

Affectat titulos ille negatos,

Et celata sibi scire laborat:

Hæc contenta datis, cætera mittit,

Alla cuncta premens omnia mente.

Nati te, Genitrix Virgo, sequamur,

Castris oppositis stemus in anguem:

Eternis odiis bella geramus

Votis, corde, fide, moribus hostes.

Sit laus summa Patri, laus tibi,

Nate,

Qui calcem tibi dum conterit anguis

Huic, victore, caput tu pede calcas:

Compar te celebret laus quoque

Flamen. Amen.

IN I. NOCT.

*Ant. 1. Quis infirmatur, * et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non orror?*

*2. Testis est * mihi Deus, quomodo cupiam vos in visceribus Christi.*

3. In corde meo * estis ad convivendum, et ad commorandum.

ÿ. Transite ad me.

ÿ. Omnes qui concupiscitis me.

Pater nost. *Absolut. Exaudi.*

Benedict.

Sequentes Lectiones dicuntur in Dupl. major.

De libro Judith.

LECTIO 3. c. 13. 17.

Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: et in me ancilla suâ adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel. Confitemini illi omnes quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Universi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedictix te Dominus in virtute suâ, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Tu.

ÿ. Ego quasi vitis fructificavi suavitate odoris: * Et flores mei fructus honoris et gratiæ. ÿ. Ego quasi therebintus extendi ramos meos.—Et flores mei.

Bened. Primogenita.

LECTIO 2.

Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creavit cælum et terram, qui te direxit in vulnere capitis principis inimicorum nostrorum: quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non peperisti animæ tuæ, propter angustias et tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. Tu.

ÿ. Hæc est, quæ nescivit thorum in delicto: * Habebit fructum

in respectione animarum sanctarum. ÿ. In omni gente, quæ audierit nomen ejus, glorificabitur.—Habebit.

Bened. Spiritus Sancti.

LECTIO 3.

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris: ideò et manus Domini confortavit te, et eris benedicta in æternum. Et dixit omnis populus: fiat, fiat. Tu.

ÿ. Christi Virgo dilectissima, virtutum operatrix, opem fer miseris: * Subveni, Domina, clamantibus ad te jugiter. ÿ. Quoniam peccatorum mole premimur, et non est, qui adjuvet.—Subveni.—Glor.—Subveni. *In Dupl. 1. et 2.*

Class. Christi Virgo.

IN II. NOCT.

*Ant. 1. Quasi stella * matutina in medio nebulae, et quasi luna plena in diebus suis lucet.*

*2. Quasi oliva * speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum.*

*3. Sicut balsamum * aromatizans dedi suavitate odoris.*

ÿ. Vultum tuum deprecabuntur.

ÿ. Omnes divites plebis.

Pater nost. *Absol. Ipsius. Benedict. Dei Mater.*

Sermo Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Hœmilia contra Nestor.

LECTIO 4.

Hilarem video cœtum fidelium omnium, qui convenerunt promissanis, à sanctâ et Dei Matre MARIA semper Virgine convocati. Laus et

gloria sit tibi, sancta Trinitas, quæ omnes nos ad hanc celebritatem convocasti. Sit etiã tibi, Sancta Dei Mater, laus: tu enim es pretiosa margarita orbis terrarum: tu lampas inextinguibilis, coraca virginitalis, sceptrum orthodoxæ fidei, templum indissolubile, continens eum, qui nunquã contineri potest: Mater et Virgo: tu benedicta inter mulieres, ejus parens, qui benedictus venit in nomine Domini. Tu.

¶ Miseris et afflictis condeolo Virgo coalicta et subvenire non pigrescit, * Quia apud fideles omni-um pietatis operum est ministra. ¶ In angustiis, in necessitatibus, in periculis MARIAM invoca.—Quia.

Bened. Filia Dei.

LECTIO 5.

Per te Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa dicitur, et adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat cœlum, lætantur Angeli, lugantur dæmones, et homo ipse ad cœlum revocatur. Per te omnis creatura idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem veritatis, et fideles omnes ad sanctum Baptisma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiæ. Tu.

¶ Ab hoste maligno defende nos, Dei Genitrix Virgo MARIA: Quæ cunctas hæreses sola inermisti in universo mundo. ¶ Tibi debetur gloria, et gratiarum actio, et vox laudis.—Quæ.

Bened. Igemum Divini.

LECTIO 6.

Te adjutricem, gentes veniunt ad penitentiam. Quid plura? Per te Unigenitus Dei Filius vera illa lux effusus sedentibus in tenebris et umbrâ mortis. Te prophetæ prænuntiarunt. Te Apostoli summis

laudibus celebrarunt. Quisnam poterit tuarum laudum præconia explicare, MARIA Mater et Virgo? Hanc, fratres dilectissimi, celebremus, ejus Filium Ecclesiæ Sponsum immaculatum adorantes: cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Tu.

¶ Meritò in te omnes respiciunt, * Quia in manibus tuis sunt omnium hominum sortes. ¶ Sancta MARIA, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles.—Quia.—Gloria.—Quia. In Dupl. 1. et 2. Class. Meritò.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Pone me, * Domina, juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me.

2. Beatus homo, * qui observat semper ad postes ostii mei.

3. Qui diligunt me, * comedent fructus meos.

¶ Spiritus meus super mel dulcis.

¶ Et hæreditas mea super mel et favum.

Pat. nost. Absol. A vinculis. Benedic. Evangelica.

Sequens Homilia dicitur in Duplicib. majoribus.

LECTIO 5. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

In Cap. 10. Lucæ. Homil.

Videamus actionem hujus Martiæ... Et ut planius id faciamus, quid alii per Martham operantur, et quid est ista operata, coferamus. Alii hospitem quemlibet in domo scâ suscipiunt, ista non quemlibet, sed proprium Dei Filium, qui non habet, ubi caput re-

clinat, non in domo, sed in utero suscepti. Tu.

¶ Foris non mansit peregrinus Filius Dei: * Ostium meum viatori patuit. ¶ Hospes eram, Mater mea, et collegisti me.—Ostium meum.

Bened. Cujus festum.

LECTIO 8.

Alii nudum quemlibet veste mutabili, atque corruptibili undelibet composita operiunt, illa Verbum Dei in illâ virginicâ carne in unitate personæ assumpsit, quæ sine fine incommutabilis permanet. Alii quemlibet esurientem cibo vel potu exteriori reficiunt, ista Deum et hominem humanitalis indigentem, non solum exterioribus cibis, vel potibus pavit, verum etiã interi-ori suo lacte aluit. Tu.

¶ Esurivi, et dedisti mihi manducare: sitivi, et dedisti mihi bibere: * Nudus fui, et cooperuisti me. ¶ Pelle et carnisus, Mater mea, vestisti me.—Nudus.—Glor.—Nudus. In Duplic. 1. et 2. Class. Esurivi.

Benedict. Per Virginem.

LECTIO 9.

Et ut breviter illa sex misericordiarum opera percurramus, quæ cum uni ex minimis suis facta fuerint, Deus sibi facta confitetur. Ista non quemlibet ex minimis, sed summum Dei Filium hospitem suscepit, nudum vel etiã panis operuit, esurientem pavit, sitientem lacte potavit, infirmum per infantiam, et jacentem non solum visitavit, sed etiã balneando, fovendo, leniendo, gestando frequenter pavit, ut merito de eâ dicatur: Martha satagebat circa frequens ministerium. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. In Sion * firmata sum, quia

in habitatione sanctâ coram ipso ministravi.

2. Salagebat * circa frequens Christi ministerium.

3. Apostola * Apostolorum Magistra Evangelistarum, Doctrinâ discipulorum.

4. Pertransiit * benefaciendo: misericordiâ illius plena est terra. 5. Surrexerunt * filii ejus, et beatissimam prædicaverunt.

CAPITULUM. Prov. 31. 10.

Mulierem fortem quibus inveniet? Proci et de ultimis finibus prelium ejus: confidit in eâ cora viri sui, et spoliis non indigebit.

BIBNUS 341.

O beata Mater Christi,

David stirpis femina:

Tu laus orbis et Regina,

Læta Virgo MARIA.

Votis adis tu piorum

Omne servans sæculum:

Patriarchis et Prophetis

Laus, corona, gloria.

Ex te sperant lætabunda

Angelorum agmina,

Christi plebem, quod gubernes

Arcanorum conscia.

Nam te, Virgo celebs nupta,

Sexus omnis appetit:

Tu parentes atque natos

Deprecando proteges.

Sempiterna sit beatae

Trinitati gloria:

Patrem natum, atque Flamen

Laudet omne sæculum. Amen.

¶ Qui elucidant me.

¶ Vitam æternam habebunt.

Ad Benedic. ant. Omnibus omnia * facta est, omnibus misericordie suæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui dilectissimam Matrem tuam Apostolis in solatium ad cœlos

ascendens reliquisti: præsta quæsumus, ut qui ipsam jugiter veneramur, et ejus consolatione perfrauarur in terris, et ejus protectione ad cælestem patriam perduamur. Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. In Sion. *Cepit.* Mulierem.
 y. n. br. Quæ sollicita salutis omnium fuisti.

AD TERTIAM.

Ant. Satagebat.

CAPITULUM. *Prov. 31. 18.*

Gustavit et vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus.

n. br. Venite! Ad me omnes.— Venite. y. Qui concupiscitis me.— Ad me.— Gloria.— Venite.

y. Spiritus meus super me dulcis.

n. El hæreditas mea super me et favum.

AD SEXTAM.

Ant. Apostola.

CAPITULUM. *Prov. 31. 26.*

Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus sue, et panem otiosa non comedit.

n. br. Venite ad me: omnes qui laboratis.— Venite. y. El ego reficiam vos.— Omnes.— Glor.— Venite.

y. In me omnis gratia viæ et virtutis.

n. In me omnis spes vitæ et virtutis.

AD NONAM.

Ant. Surrexerunt.

CAPITULUM. *Prov. 31. 30.*

Mulier timens Dominum ipsa laudabitur: date ei de fructa manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.

n. br. Fons hortorum, * Puteus aquarum viventium.— Fons.

y. Quæ fluunt impetu ex Libano.

— Puteus.— Gloria.— Fons.

y. Emissiones tuæ paradus mariorum puniceorum.

n. Cum pomorum fructibus.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Filii Matris meæ * pugnaverunt contra me: et posuerunt me custodem in vineis.

2. Terribilis * ut castrorum acies ordinata, cunctas hæreses sola interemisti.

3. Sicut terris * David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.

4. Mille clypei * pendent ex eâ, omnis armatura forium.

5. Erit firmamentum * in terra, et in summis montibus, allel.

CAPITULUM. *Prov. 31. 10.*

Mulierem fortem quis inveniet? Procul et de ultimis finibus præfium ejus: confidit in eâ cor viri sui, et spoliis non indigebit.

HYMNUS 342. *Maret.*

O solis nitido lumine pulchrior, Virgo, constituit quam Deus unicam Expertem maculis omnibus, ut fores Nato digna parens suo.

Te quondam Gedeon vellere in humido,

Intactaque novis imbribus areâ; Te cincto innocuis Legifer ignibus Agnorat prius in rubo.

Rebus principium, qui dedit omnibus,

A te principium sumpsit homo Deus:

Cunctos prospiciens, qui tribuit cibos,

Pastus lacte fuit tuo.

Per te quod mulier perdidit aditus velus

Humano generi redditur auctius: Tu clausas miseris, heu nimirum diâ!

Cælorum reseras fores.

LECTIO 9.

Qui lucis pater est, gloria sit Patri:

Cujus Virgo parens, gloria Filio, Quo fecunda tibi nexus amabilis Sit par gloria, Spiritus. Amen.

y. Laetetur anima vestra in misericordia ejus.

n. Et non confundemini in laude ipsius.

Ad Magnific. ant. Non habet * amaritudinem conversatio ejus, nec tedium convicius illius, sed lætitiæ et gaudium.

Oratio de Laudibus.

Completor. de ferid.

Sequens Homilia dicitur in Duplic.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. v. 13.

In illo tempore: conversus JESUS ad Discipulos suos dixit illis: Beati oculi, qui vidrat, quæ vos videtis. Et reliqua.

Homilia S. Amadei Episcopi Lausanensis.

De laud B. V. Hom. 5.

Quis ergo non properat, quis non curreret ab extremis terræ, reverendæ majestatis decus aspiciere, et vultum omnimodâ suavitate, imperiali etiam majestate, et singulari præditum potestate videre? Quippe nihil inveniebatur illi simile in filiis et filiabus Adæ. Nihil tale in prophetis, in Apostolis, aut in Evangelistis. Nihil illi simile cælum et terra dedere. Tu.

n. Foris non mansit. p. 927.

LECTIO 8.

Quis enim in nubibus æquaretur ei, aut similis Matri Domini inter filios Dei? Et vide, quàm recto ordine extra Assumptionem effulsit admirabile nomen ejus in universâ terrâ, et fama ejus celeberrima ubique diffusa est, prius quàm elevaretur magnificentia ejus super cælos. Tu. n. Esurivi. p. 927.

LECTIO 9.

Decebat enim Matrem Domini Virginem, et ob Nati sui honorem, primò terris regnare, et ita demùm cælos cum gloriâ suscipere. Dilatari et infamis, ut superna in plenitudine sanctâ penetraret, translata sicut de virtute in virtute, sic à claritate in claritate à Domino Spiritu. Igitur in carne præsens futuri regni primitias prælibabat. Tu.

Te Matrem.

Sequens Hom. dicitur in Semiduplic. Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 2. 1.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater JESU ibi. Et reliqua.

Homilia S. Gaudenii Ep. Brixianensis.

Trac. 1. de Lect. Evangel. in Bibl. PP.

Et ait Mater Domini ad eum: Vinum non habent. Sed jam quid Dominus ei responderit attonitis mentibus audiamus. Ait illi JESUS: Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Juxta intellectus simplicis rationem probare suffecerit, Beatam MARIAM Virginem sextis causâ mulierem nuncupatam, sicut in Genesi de Evâ scribitur. Quod verò ait: Quid mihi et tibi est? Nondum venit hora mea: non mihi videtur illa responsio ad istam suggestionem MARIE convenire, nisi in mysterio locutus esse spiritualiter Dominus dicatur, ut quoniam vinum Spiritus Sancti ante Passionem Christi ac Resurrectionem gentibus dare non poterat (Evangelistâ testante: nondum erat Spiritus datus, quia JESUS necdum fuerat glorificatus), merito tunc inter initia signorum Matri responderit: Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Tu.

n. Foris non. p. 927.

LECTIO 8.

Tanquàm si diceret: quid tam præpropera est tua, ò Mater suggestio, cum hora passionis mee nondum advenit, quâ, perfectis omnibus vel doctrinæ, vel operationum divinarum virtutibus, pro vilâ credentium mori disposui? Post Passionem, Resurrectionemque meam cum ad Patrem rediero, tunc eis donabitur vinum Spiritûs Sancti. Quapropter ipsa Beatissima agnito responsionis hujus profundo mysterio, intellexit non suggestionem suam aspernantèr acceptam secundum illam spirituale rationem in mysterio tunc dilatam. Tu.

ñ. Esurivi. 927.

LECTIO 9.

Cæterum nunquàm mandaret ministris: quodcumque dixerit vobis, facite: nisi Spiritu Sancto post partum divinum plena, non solum responsionis Christi virtutem cognovisset, verum etiã faciendi ab hunc ex aquâ vini universum ordinem prævidisset. Quid enim lateret sapientiæ Matrem capacem Dei, eadem dignissimam tantæ virtutis, veritate facti historialitèr approbata? Tu. Te Matrem.

IX.

TEMPORE.

VITÆ GLORIOSÆ.

Post Assumptionem in Cælum.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Viderunt eam * filie Sion, et Beatissimam prædicaverunt, alleluia.

Psalmi de feriâ.

2. Tu gloria Jerusalem, * tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, alleluia.

3. In Sion * firmata sum, et in civitate sancta requievi, et in Jerusalem potestas mea, alleluia.

4. Nihil æquale * MARLE, ni-

hil nisi Deus major MARIA, alle. 5. Tot tibi * sunt dotes, Virgo, quot sidera cælo, alleluia.

CAPITULUM. Jud. 10. 1.

Dominus contulit ei splendorem... ut incomparabili decore omnium oculis appareret.

HYMNUS 343. S. Pet. Dam. Gaudium mundi, nova stella cæli, Procreans solem, pariens parentem, Da manum lapsis, opem fer caducis Virgo MARIA.

Te Deo factam liquet esse scalam, Quâ tenens summum, petit altus imum:

Nos ad excelsi remeare cæli Culmina dona, Te beatorum chorus Angelorum, Te sacri vates, et Apostolorum Ordo prælatam, sibi cernit unam Post Deitatem.

Anla cælestis speciosa Regis, Fulla septenis sophiæ columnis, Quemnequit totus cohære mundus Claudis in alvo.

Sit decus summo sine fine Christo, Sancta quem Virgo genuit MARIA, Qui Patri compar Spiritui Sancto Regnai in ævum. Amen.

ÿ. Magna est gloria ejus, alle. ß. In salutari tuo, Domine, alle. Ad Magnif. ant. Beatam me dicent * omnes generationes, quia fecit mihi magna Dominus, qui potens est.

Oratio de Laudibus. Completor. de feriâ. Sequens Doxol. dicitur in Hymn. Complet. et in alijs ejusd. metri. Te nunc, Redemptor, quæsumus, Ut Virginis consortio Jungas præcantes servulos In sempiterna secula. Amen. AD MATUT.

Invitator. Memoriam MARLE cum laudibus celebremus, * Et nomen ejus cum exultatione, alleluia, alleluia.

Psalm. Invitator. Venite, exultemus.

HYMNUS 344. Brev. Paris.

Quàm glorificæ læce coruscas Stirpis Davidicæ regia proles, Sublimis residens, Virgo MARIA, Supra cæligenas ætheris omnes! Tu cùm virgineo Mater honore Cælorum Domino pectoris aulam Sacris visceribus casta dedisti: Humanos Deus hinc induit artus.

Quem cunctus venerans orbis adorat,

Cui nunc ritè genu flectitur omne, A quo te precibus subveniente Æterni pellicus gaudia regni.

Divinæ Soboli, qui dare Matrem

In terris voluit, gloria Patri: Cujus Virgo parens gloria Nato, Quo fecunda tibi gloria, Flamen. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Benedicta * à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram, alle.

2. Nomen tuum * itã Deus magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, alle.

3. Benedicentur in te, * et in semine tuo cunctæ tribus terræ, alle.

ÿ. Gloriosa dicta sunt de te, alle.

ß. Civitas Dei, alle. Pater nost. Absol. Exaudi. Bened. Benedictione.

Sequentes Lectio dicuntur in Duplicib. majoribus.

De libro Esther.

LECTIO 1. c. 5. 1.

Induta est Esther regalibus vestimentis, et stetit in atrio domus reginæ, quod erat interitum contra Basilicam regis: at ille sedebat super solium suum in consistorio palatii contra ostium domus. Cumque vi-

dusse! Esther reginam stantem, placuit oculis ejus, et extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summitatem virgæ ejus. Tu.

ß. Per te, Virgo Dei Genitrix, nobis est vita perditâ data, * Quæ de cælo suscepisti prolem, et mundo genuisti Salvatorem, alleluia, alle. ÿ. Recordare, Virgo Mater in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertat incignationem suam à nobis.—Quæ.

Bened. Primogenia.

LECTIO 2. c. 7. 2.

Dixitque ad eam Rex: quæ est petitio tua, Esther, ut detur tibi, et quid vis fieri? Etiã si dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, ò Rex, et si tibi placet, dona mihi animam meam, pro quâ rogo, et populum meum, pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego et populus meus, ut conteramur, juglemur, et pereamus. Tu.

ß. Memorare dierum humilitatis tuæ, et ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ: * Quia hostis noster locutus est contra nos in mortem, alle. alle. ÿ. Invoca Dominum, et loquere regi pro nobis, et libera nos de morte.—Quia.

Bened. Spiritus.

LECTIO 3.

Respondensque rex Assuerus ait: Quis est iste, et cujus potentia, ut hæc audeat facere? Dixitque Esther: Hostis et inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vulum regis ac reginæ ferre non susiciens. Rex autem iratus surrexit, et de loco concivii intravit in hortum arboribus consitum. Aman quoque surrexit, ut rogaret Esther regi-

nam pro animâ suâ: intellexit enim à rege sibi paratum malum. Tu.

¶ Manus Domini confortavit te, et ideo eris benedicta in æternum, Præ omnibus mulieribus super terram, allel. allel. ¶ Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso — Præ.—Gloria.—Præ. *In Duplicibus 1. et 2. Class. Manns.*

IN II. NOCT.

Ant. 1. Pulchra es, * amica mea, suavis et decora sicut Seraphim, allel.

2. In celesti Jerusalem * potestas mea, et in plenitudine sanctorum delentio mea, allel.

3. Amica lumine * sicut vestimento, sicut sol fulgebit in æternum, allel.

¶ Speciosa facta es, et suavis, alleluia.

¶ In deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix, allel.

Pater nost. *Absol. Ipsius, Bened. Dei Mater.*

Sermo S. Joannis Chrisostomi. *Apud Metaphr. ex Brev. Romano.*

LECTIO 4.

Dei Filius non divitem aut locupletem aliquam feminam sibi Matrem elegit, sed beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cum enim beata MARIA supra omnem humanam naturam castitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimam Virginem, et Dei Matrem accurrentes, ejus patrocinii utilitatem assequamur. Itaque quæcumque estis virgines ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, et incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conservat. Tu.

¶ Ornata mollibus filiam Jerusalem Dominus concepit? * Et videntes eam filie Sion beatis-

simam prædicaverunt, dicentes: unguentum effusum nomen tuum, alleluia, allel. ¶ Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate.—Et videntes. *Bened. Filia Dei.*

LECTIO 5.

Magnum reverâ miraculum, fratres dilectissimi, fuit beata semper Virgo MARIA. Quid namque, illâ majus aut illustrius ullo unquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit? Hæc sola cælum et terram amplitudine superavit. Quidnam illâ sanctius? Non propheta, non apostoli, non martyres, non patriarchæ, non angeli, non throni, non dominationes, non seraphim, non cherubim, non denique aliud quidpiam inter creatas res, visibiles, aut invisibiles, majus aut excellentius inveniri potest. Eadem ancilla Dei est et Mater: eadem Virgo et Genitrix. Tu.

¶ Beatam me dicent omnes generationes, * Quia feci mihi magna Dominus qui potens est, et sancticum nomen ejus, allel. allel. ¶ Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eam.—Quia.

Bened. Ignem divini.

LECTIO 6.

Hæc ejus mater est, qui à Patre ante omnium principium genitus fuit, quem Angeli ac homines agnosceant Dominum rerum omnium. Vis ne cognoscere, quanto Virgo hæc præstantior sit celestibus potentis? Ille enim timore, et tremore assistunt, faciem velantes suam: hæc humanum genus illi offerit, quem genuit, per hanc et peccatorum veniam consequimur. Ave, igitur, Mater, cælum, puella, Virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria, et firmamentum, assidue pro nobis deprecare Filium tuum, et Dominum nostrum. Tu.

¶ Quæ est ista, quæ processit sicut sol, et formosa tanquam Jerusalem? * Viderunt eam filie Sion, et Beatam dixerunt, et regione laudaverunt eam, allel. allel. ¶ Et sicut dies verni circumdabant eum flores rosarum, et lilia convallium.—Viderunt.—Gloria.—Viderunt. *In Duplic. 1. et 2. Classis. Quæ est ista.*

IN III. NOCT.

Ant. 1. Cum regio * fulgeret habitu, incomparabili decore omnium oculis apparebat, alleluia.

2. Pulchra * pulchritudine divini, pulchra decore virgineo, pulchra unigenito Filio, alleluia.

3. Ista est * speciosa inter filias Jerusalem, alleluia.

¶ Valdè mirabilis es, Virgo MARIA, alleluia.

¶ Et facies tua plena gratiarum, alleluia.

Pat. nost. *Absol. A vinculis. Benedictic. Evangelica.*

Sequens Homilia legitur in Duplicib. majorib.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Præs.

Libr. 4. c. 49. in Lucam.

Magne devotionis et fidei hæc mulier ostendit, quæ scribis et pharisæis Dominum tentantibus, simul et blasphemantibus, tantâ ejus Incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tantâ fiducia confitetur, ut et presentium procerum calumniam, et futurorum confusum hereticorum perfidiam. Tu.

¶ Quid grandius Virgine, * Quæ magnitudinem summæ divinitatis

mirè sui ventris conclusit arcano? allel. allel. ¶ Ascende super Seraphim, et videbis, quod majus est, minus Virgine, solumque Opificem opus illud supergredi.—Quæ.

Bened. Coniugium gloriam.

LECTIO 8.

Nam sicut tunc Judæi Sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialiæque Patri Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando MARIAM semper Virginem, Sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris Unigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum, consubstantialiæque Patri Filium hominis fateri non debere dixerunt. Tu.

¶ Sancta et immaculata Virginitas, quibus te laudibus offeram nescio, * Quia quæ cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti, allel. allel. ¶ Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.—Quia.—Glor.—Quia. *In Duplic. 1. et 2. Class. Sancta.*

Bened. Per Virginem.

LECTIO 9.

Sed si caro Verbi secundum carnem nascentis in carne Virginis Matris pronuntiatur extranea, sine causâ venter, qui eam portasset, et ubera, quæ lactasset, beatificatur. Quâ cura consequentiâ ejus lacte credatur nutritus, cujus semine negatur conceptus, cum ex unius, ejusdemque fontis origine secundum Phisicos uterque liquor emanare probetur? Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

Ant. 1. Multæ filiæ * congregaverunt divitias, tu supergressa es universas, allel.

2. Sedes tua, * Virgo, in sæculum sæculi, et regnum tuum à generatione in generationem, allel.

3. Quia respexit * Deus humilitatem ancillæ suæ, beatam me dicent omnes generationes, allel.

4. Oculi tui * misericordias in nos pauperes, ditissima Virgo, respiciant, allel.

5. Respice * de excelso solio tuo super los, et miserere nostri, alleluia.

CAPITULUM. *Jud. 10. 4.*

Dominus contulit ei splendorem... ut te comparabili decore omnium oculis appareret.

HYMNUS 343. *Brev. Par.*

Nunc aurora nova nantia lucis
Tristes orbe procul dissipat umbras:

O quam lucidior, nocte sepulcis
Portans ipsa diem, Virgo retulens!
O quæ nunc habitas lucida regna,

Mittas indè tuæ munera lucis:
Te si terra dedit muans olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?

Inter perpetuos Numinis haustus,
O Regina, tibi sanguine junctum
Ne dedisce genus: nostra fuisti,
Summi facia parens, Virgo, Tonantis.

Divinæ Soboli, qui dare Matrem
In terris voluit, gloria Patri:
Cujus Virgo parens, gloria Nato,
Quo fecunda tibi gloria, Flamen.
Amen.

ÿ. Deus in medio ejus, allel.

ÿ. Non commovebitur, allel.

Ad Benedict. *ant.* Gyrum celi *
circuivi sola, et profundum abyssis
penetravi, in fluctibus maris ambulavi,
et in omni terrâ steti, et in omni gente
et in omni populo primatum habui, allel. allel.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus,
qui Unigenitum tui Beatissimam Matrem
super omnes choros Angelorum
sublimasti; concede propitius,

ut qui ejus cœlestem gloriam commemoramus,
ad æternam vitam mereamur pervenire. Per eundem.

AD PRIMAM.

Ant. Multæ filia. *Capitul.* Dominus. *de Laudib.*

ÿ. ÿ. *br.* Quæ sedes ad dexteram Filii tui.

AD TERTIAM.

Ant. Sedes tua.

CAPITULUM. *Bar. 5. 2.*

Circumdabit te Deus diploide justitiæ,
et imponet mitram capituli honoris æterni.

ÿ. *br.* Pulchra es Amica mea, *
Alleluia, alleluia.—Pulchra. ÿ. *Suavis*
et decora sicut Jerusalem.—
Alleluia.—Glor.—Pulchra.

ÿ. Favus distillans labia tua,
alleluia.

ÿ. Mel et lac sub lingua tuâ,
alleluia.

AD SEXTAM.

Ant. Quia respexit.

CAPITULUM. *Bar. 5. 3.*

Deus ostendet splendorem suum
in te omni, qui sub cœlo est: nominabitur
enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum.

ÿ. *br.* Magna est gloria ejus, *
Alleluia, alleluia.—Magna. ÿ. *In*
salutari tuo.—Alleluia.—Gloria
Patri. Magna.

ÿ. Hæc est speciosior sole, allel.

ÿ. Et luci comparata, invenitur
prior, allel.

AD NONAM.

Ant. Respice.

CAPITULUM. *Judit. 13. 31.*

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo
Jacob, quoniam in omni gente,
quæ audivit nomen tuum,
magnificabitur super te Deus Israël.

ÿ. *br.* Tu gloria Jerusalem, tu
lætitia Israël. * Alleluia, alleluia.

Tu glor. ÿ. Tu honorificentia populi
nostri.—Alleluia.—Gloria.—
Tu gloria.

ÿ. Pulchra ut luna, electa ut
sol, alleluia.

ÿ. Terribilis, ut castrorum acies
ordinata, alleluia.

IN II. VESPER.

Ant. 1. In perpetuum * in cœlis
coronata triumphat Christi Mater,
Virgo MARIA, alleluia.

2. Memorare * dierum humilitatis
tuæ, et loquere regi pro nobis,
alleluia.

3. Invoca Dominum, * et libera
nos de morte, alleluia.

4. Respice * de cœlo, et vide et
visita vineam istam, quam plantavit
dextera tua, alleluia.

5. Splendorem * misericordiae
tuæ ostende, Domina, super nos:
respice in nos, et salvi erimus,
alleluia.

CAPITULUM. *Jud. 10. 4.*

Dominus contulit ei splendorem...
ut incomparabili decore omnium
oculis appareret.

HYMNUS 346.

O Virgo quæ sublimior
Choris Angelorum sedes,
Nato Mater jam propior,
Exaudi supplicum preces.

Amica solis radius
Lunam sub pedibus premens,
Stellæ coruscans aureis,
Superque nubes gradiens.

O gens beata, quæ tibi,
Cultu devota proprio,
Quam sic potens tam facili
Semper foves prasidio!

Nunc ergo voce supplicii
Rogamus, ut feras opem:
Nec dimoveas anxii
A tuo vultu faciem.

Nos scelerum moles gravat,
Nos poena terret debitor,
Si non à Deo spem ferat,
Petita per te venia.

Hic hospites, hic orphanos,
Virgo Mater, nos respice:

Nos unâ tibi filios,
Christique fratres effice.

Sanare corpus, quæ vales,
Medere morbis animi,
Et patriâ fac exules
Tandem beatâ recipi. Amen.

ÿ. Coronat te Dominus in misericordiâ,
allel.

ÿ. Replet in bonis desiderium
tuum, allel.

Ad Magnific. *ant.* Sancta MARIA,
* succurre miseris, juva pusillanimes,
refove flectibiles, ora pro
populo, intervei pro clero, intercede
pro devoto femine sexu, sentiant
omnes tuum juvamen quicumque
celebrant tuam sanctam
Commemorationem, alleluia, allel.

Oratio de Laudibus.

Completorum de ferid.

Sequens Honalia dicitur in Duplicibus.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 26.

In illo tempore: Loquente JESU ad
turbas, extollens vocem quædam
mulier de turbâ, dixit illi: Beatus
venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Libr. 4. cap. 49. in Luc.

Dixit autem Apostolus: quia misit
Deus Filium suum, factum ex muliere,
factum sub lege. Neque enim
audiendi sunt, qui legendum putant:
Natum ex muliere, factum
sub lege: sed factum ex muliere:
quia conceptus ex utero virginali,
carrem non de nihilo, non aliunde,
sed maternâ traxit ex carne. Tu.
ÿ. Quid grandius. 933.

LECTIO 8.

Alioquin non verè filius hominis,
diceretur, qui originem non habet
ex homine. Et nos igitur, his
contra Eullichem dictis, extollamus
vocem cum Ecclesiâ catholicâ, cu-

jus hæc mulier typum gessit: exolamur et memem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ susxisti. Tu. ♀. Sancta. 933.

LECTIO 9.

Verè enim beata Parens, quæ sicut quidam ait: enixa est puerpera regem, qui cælum terrarumq. tenet per sæcula: cujus nomen æterno complectens omnia gyro, imperium sine fine tenet: quæ ventre beato gaudia matris habens cum virginitatis honore, nem primam similem visa est, nec habere sequentem. Tu. Te Matrem.

Si quis Homilia dicitur in Semiduplicibus.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Libr. 10. in Luc. c. 33.

Stabant autem mulieres hæc videntes. Stabat et Mater cum studio pietatis, quæ sua pericula posthaberet. Sed et Dominus suspensus in cruce, qui sua pericula contemneret, pio Matrem commendabat affectu. Quod non otiose Joannes pluribus prosecutus est. Solus ergo me docet, quod alii non docuerunt, quemadmodum in cruce positus, appellaverit Matrem, pluris putans, quod victor suppliciorum, atque pœnarum, victor diaboli, pietatis officia dividebat, quam quod regnum cælestis donabat. Tu.

♀. Quid grandius. 933.

LECTIO 8.

Nam si religiosus est, quod latroni venia donatur à Domino, multò religiosius, quod Mater honoratur à Filio. Nec præposterum judicè-

tur, quod prius latronis absoluti-
onem, quam Matris appellationem
scripsi. Qui enim venerat salvos facere peccatores, non absurdum,
si in meis scriptis susceptum munus
in redimendâ salute peccatoris
implevit. Tu. ♀. Sancta. 933.

LECTIO 9.

Deniquè ipse ait: quæ est Mater mea, et qui sunt fratres mei? Quia non venerat vocare justos sed peccatores. Sed ibi pro loco, hic et in cruce non immemor Matris appellat eam dicens: Ecce Filius tuus. Et Joannis: Ecce Mater tua. Testatur de cruce Christus, et testamentum ejus signal Joannes. Tu. Te Matrem.

X.

COMMUNE.

DEDICATIONIS ECCLESARUM

B. MARIE V.

Tempore paschali, seu Vitæ gaudiosæ B. V. et tempore Vitæ gloriosæ in Officiis Dedicationis additur una Alleluia, post singulas antiphonas, y. et ♀. quæ duplicatur in antiph. ad Magnif. ad Benedict. et in y. post Lectiones. In singulis nocturnis dicitur tantum una antiphona. y. brevia Completorii et aliarum Horarum dicuntur etiam cum Alleluia.

IN I. VESP.

*Ant. 1. Ascendite * montem, portate ligna, et edificate domum Virgini MARIE.*

Psalmi de ferid.

2. Quis poterit prævalere, ut ædificet dignam MARIE domum?

3. Magna est * Domina nostra, et magna virtus ejus, et potentia ejus non est finis.

4. Domus MARIE * talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur.

5. Cujus in cælo * thronus est

excelsus, in domibus suis in terrâ cognoscetur.

CAPITULUM. 1. Mach. 7. 37. Elegisti domum istam ad invocandum nomen tuum in eâ, ut esset domus orationis et orationis populo tuo.

HYMNUS 347.

Proles æternæ Genitrix beata
Dum tuæ sacros pia plebs honores
Ædis insinuat, Mater alma, nostris
Anne volis.

Cujus in cælo thronus est pærennis,

Incolis parvam, alta Virgo, ædem:
Hic reis clemens facilis relaxas

Gratâ culpam.
Hic tuo pascis populum fide/em

Pane, qui salus tuo ventre fuit:
Hic et profusi prætur cruoris

Ipsa propinas.
Hic salus agris animis paratur:

Cedit hic febris maia, cedit langor:
Hic et devoto tibi, Virgo, sedem
Præparas astris.

Sit decas summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar, Spiritui Sancto,
Regnat in ævum.

y. Domus mea.

♀. Domus orationis vocabitur.

*Ad Magnif. ant. Implebo * domum istam gloria, et in loco isto dabo pacem.*

Oratio de Laudb.

Completorium de feriali offic.

Doxologia de tempore.

AD MATUTIN.

*Invitatorium. Domus tua, Domina, * In sanctificatione permaneat. Psalmus Invitator. Venite, exultemus.*

HYMNUS 348.

Ex offic. B. V. de Tabulis. Templo quæ populi confluit unda? Flexo prona genæ, supplice cultu. Quas, Regina, preces, quas tibi laudes

Sacratas venerans fundit ad aras?

Cerâ nixa fide vota precatur:
Tu Spes, tu generis gloria nostri,
Te cælo Dominam summa potestas,
Dat terris pietas summa benignam.

Albo celsa throno vota clementum
Prensens judicio discens æquo:
Veri dum propior spargeris haustu
Quæ sincera probas, falsa reusas.

O te si cupimus, Virgo, Patronam,
Natus quæ docuit cuncta sequamur:

Sic laus nempè tibi nostra placebit,
Sic nostris venies dextera votis.

Tu Mater: moriens è cruce Natus
Orbe substituit nos tibi natos:

Tu prolem medians inter utramque,
Natis, Mater, amas flectere Natum.

Trino summa Deo laus sit et uni,
Per te laus veniat grata Parenti,
Per te Filius hanc audiat ultrò
Urat nosque sacro Spiritus igne.
Amen.

IN I. NOCT.

*Ant. 1. Quàm dilecta * tabernacula tua, Domina virtutum! quàm amabilia tentoria requietionis tuæ.*

2. Ecce tabernaculum * Regi-
næ cæli cum hominibus, ut habi-
tet nobiscum.

3. Solummodò * ibi magna est
Domina nostra.

y. Beati, qui habitant in domo
tuâ.

♀. In sæcula sæculorum laudabunt te.

Patet nost. *Absol. Exaudi. Benedict. Benedictione.*

Sequentes Lectiones dicuntur in Duplic. majoribus.

De libro secundo Paralipomenon.
LECTIO 1. c. 7. 1.

Cumque complexset Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, et devoravit holocausta et victimas: et majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes